Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

VI. Vt efficiatur localis Synodus per annum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

Visual Library

Anno Christi 787.

στολικὸν κανόνα τὸν λέγοντα· εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω παντάπασι καὶ τῆς κοινωνίας, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου. ὡσαύτως καὶ κατὰ τὸν δεύτερον κανόνα τῶν ἐν Καλχηδόνι ὁσίων πατέρων ἡμῶν, λέγοντα· εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσηται, καὶ εἰς πρᾶσιν καταγάγῃ τὴν ἄπρατον χάριν, καὶ χειροτονήσῃ ἐπὶ χρήμασιν ἐπίσκοπον, ἢ χωρεπίσκοπον, ἢ πρεσβυτέρους, ἢ διακόνους, ἢ τινα τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καταριθμουμένων· ἢ προβάλοιτο ἐπὶ χρήμασιν οἰκονόμον, ἢ ἔκδικον, ἢ παραμονάριον, ἢ ὅλως τινὰ τοῦ κανόνος δι' αἰσχροκέρδειαν οἰκείαν· ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας ἐλεγχθεὶς κινδυνευέτω εἰς τὸν ἴδιον βαθμόν· καὶ ὁ χειροτονούμενος μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορείαν ὠφελείσθω χειροτονίας, ἢ προβολῆς· ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος, οὗπερ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν. εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανείη τοῖς οὕτως αἰσχροῖς καὶ ἀθεμίτοις λήμμασι, καὶ οὗτος, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, ἐκ τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχὸς, ἀφοριζέσθω.

ς´.

Περὶ τοῦ γίνεσθαι τοπικὴν σύνοδον κατὰ χρόνον.

Ἐπειδήπερ κανών ἐστιν ὁ λέγων· δὶς τοῦ ἔτους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν χρὴ γίνεσθαι διὰ συναθροίσεως ἐπισκόπων τὰς κανονικὰς ζητήσεις· διὰ γοῦν

ſtolicam regulam quæ dicit: Si quis epiſcopus per pecuniam dignitatem hanc obtinuerit, vel presbyter aut diaconus, deponatur & ipſe & qui eum conſecrauit, & excidatur omnimodis etiam a communione, quemadmodum Simon magus a me Petro. Similiter & iuxta ſecundam regulam ſanctorum patrum qui apud Calchedonem conuenerunt, quæ ait: Si quis epiſcopus per pecunias conſecrationem fecerit, & ſub precio redegerit gratiam quæ non poteſt vendi, ordinaueritque per pecunias epiſcopum, vel chorepiſcopum, ſiue presbyteros aut diaconos, aut quemdam eorum qui in clero connumerantur: aut præpoſuerit per pecunias œconomum vel defenſorem, ſiue manſionarium, aut prorſus quemquam qui ſub regulam eſt, turpis lucri gratia: qui hoc conatus fuerit agere, ſi conuictus fuerit, proprii gradus periculum ſubeat: & qui conſecratus eſt, nihil proficiat ex conſecratione vel promotione quæ per negotiationem effecta eſt; ſed ſit alienus a dignitate * & ſolicitudine quam per pecunias conſecutus eſt. Si vero quis mediator apparuerit in huiuſmodi turpibus & illicitis * datis; ſi quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat: ſi vero laicus vel monachus, excommunicetur.

Can. 30.

* ſeu

* lucris ;

VI.

Vt efficiatur localis Synodus per annum.

Quoniam quidem regula eſt, quæ dicit: Bis in anno per ſingulas prouincias oportet fieri per conuentum epiſcoporum regulares inquiſitiones: propter fati-

Conc. Nic. cap. 5.

Anno Christi 787.

gationem & * vt opportune habeantur ad iter agendum hi qui congregandi ſunt, * definierunt ſextæ Synodi ſancti patres, omni excuſatione remota, modis omnibus ſemel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hunc ergo Canonem & nos renouamus: & ſi quiſquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere, communione priuetur. Si quis vero metropolitanorum hoc neglexerit agere abſque neceſſitate vel vi, ſeu aliqua rationabili occaſione, canonicis pœnis ſubiaceat. * Dum autem Synodus agitur ſuper canonicis & euangelicis negotiis, oportet congregatos epiſcopos in meditatione & ſolicitudine fieri cuſtodiendorum diuinorum & viuificorum Domini mandatorum: in cuſtodiendis enim illis retributio multa; quia & lucerna mandatum: lex autem lux, & via vitæ argutio & diſciplina eſt; & mandatum Domini lucidum illuminans oculos. Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his quæ defert epiſcopus ſecum, ſiue iumentum, ſiue aliam ſpeciem expetendi. Quod ſi hoc egiſſe conuictus fuerit, ſoluat quadruplum.

* Gr. quod inopia laborent ad iter

Can. 8.

Anaſ. verb.

* *Ne te moueat, ſi hanc definitionem nos minime habeamus, cum & earũ nõnullas quas inter Canones habemus, in auctoritatem non recipiamus, ſicut quaſdam ex Conciliis. Aliæ namque apud Græcos tantum, aliæ vero apud certas ſolum prouincias in obſeruantiã eccleſiaſticã aſſumuntur, ſicut ſunt Laodicenſis Concil. 16. & 17. regulæ, quæ apud Græcos tantum ſeruantur. nec non & Africanorum Conciliorum 6. & 8. capitula, quæ nulla prouincia ſeruare niſi Africana dignoſcitur.*

* Gr. Synodo autem peracta

Pſalm. 18.

Prou. 6.

τὴν συντριβὴν καὶ τὸ ἐνδεῶς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν τοὺς συναθροιζομένους, ὥρισαν οἱ τῆς ἕκτης συνόδου ὅσιοι πατέρες, ἐξ ἅπαντος τρόπου καὶ προφάσεως ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι, καὶ τὰ ἐσφαλμένα διορθοῦσθαι. τοῦτον οὖν τὸν κανόνα καὶ ἡμεῖς ἀνανεοῦμεν· καὶ εἴ τις εὑρεθῇ ἄρχων τοῦτον κωλύων, ἀφοριζέσθω. εἰ δέ τις ἐκ τῶν μητροπολιτῶν ἀμελήσοι τοῦτο γίνεσθαι ἐκτὸς ἀνάγκης καὶ βίας, καί τινος εὐλόγου προφάσεως, τοῖς κανονικοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκείσθω. τῆς δὲ * συνόδου γινομένης περὶ κανονικῶν καὶ εὐαγγελικῶν πραγμάτων, δεῖ τοῖς συναθροισθεῖσιν ἐπισκόποις ἐν μελέτῃ καὶ φροντίδι γίνεσθαι τοῦ φυλάττεσθαι τὰς θείας καὶ ζωοποιοὺς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ. ἐν γὰρ τῷ φυλάσσειν αὐτὰς ἀνταπόδοσις πολλή· ὅτι καὶ λύχνος ἐντολὴ, νόμος δὲ φῶς, καὶ ὁδὸς ζωῆς ἔλεγχος καὶ παιδεία· καὶ ἡ ἐντολὴ κυρίου τηλαυγὴς φωτίζουσα ὀφθαλμούς. μὴ ἔχειν δὲ ἄδειαν τὸν μητροπολίτην, ἐξ ὧν ἐπιφέρονται οἱ ἐπίσκοποι μετ' αὐτῶν, ἢ κτῆνος, ἢ ἕτερον εἶδος ἀπαιτεῖν. εἰ δὲ τοῦτο ἐλεγχθῇ, ἀποτίσει τὸ τετραπλάσιον.

* γενομένης [illegible]

VII.

Quod templa nouiter ſine reconditis ſanctorum reliquiis dedicata oporteat ſuppleri.

Ait Paulus diuinus apoſtolus: *Quorumdam peccata manifeſta ſunt, quorumdam autem & ſubſequuntur.* Peccatis ergo præuenientibus, & alia peccata his accidunt. Impiam itaque Chriſtianos accuſantium hæreſim & aliæ impietates ſubſecutæ ſunt.

1. Tim. 5.

ζ'.

Ὅτι τοὺς ἐγκαινισθέντας ναοὺς ἐκτὸς καταθέσεως λειψάνων ἁγίων δέον ἀναπληρωθῆναι.

Ἔφη Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος· τινῶν αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν. ἁμαρτιῶν οὖν προκαταλαβουσῶν, καὶ ἕτεραι ἁμαρτίαι παρέπονται ταύταις. τῇ οὖν ἀσεβεῖ αἱρέσει τῶν χριστιανοκατηγόρων καὶ ἄλλα ἀσεβήματα συνηκολούθησαν,